

Sigismundus primus rex Polo:  
nia, capitaneis regni.

88

Generose fidelis dilecte. Exigentibus ardu:  
is negotiis et necessitatibus reipublice,  
instituímus conuentum generalem regni  
in oppido nostro Piotikow ad festum san:  
cti Thomae apostoli proxime futurum, que  
particularis in N. et communis terrestris  
in N. de more precedent. Itaque manda:  
mus tue fidelitati, ut istos conuentus  
proclamari et publicari faciat in omni:  
bus foris et congregationibus populi civi:  
tatum et oppidorum, aliorumque locorum  
publicorum capitaneatus sui, literasque no:  
stras, quas ad officiales et nonnullos  
nobiles scripsimus, ad eosdem perferri qua:  
primum et diligentissime faciat, sic ut  
ad omnes deferantur, que autem super:  
scriptionem non habent, eas his quos in:  
signiores norit intitulatas transmittat,  
pro officio suo et gratia nostra factura.  
Datum Cracovia feria quinta proxima  
post festum omnium sanctorum, anno Do:  
mini millesimo quingentesimo vigesimo  
quarto, regni nostri anno Decimo octavo.



